Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ns contritus est et nos liberat Iesus Secr. Sanctorum tuorum
nobis quæsumus prata non desint oro. quæ et munera nostra
ubi congruenter et etiam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Com. Vox in rama audita est ploratus et ululatus rachel plorans filios suos et noluit consolari quia non sunt
Postcommunio. Quæsumus domine divina percepimus. quæ sacra tuorum nobis precibus et piis vite quis parti et cœlestibus conferre subsidium. Per Dominum. De sancta maria infra octavam nativitatis domini. Collecta
Deus qui per beatæ mariæ virginis partum sine humana concupiscentia pro creatura in filii tui membra venientes pannis fecisti pudicitiæ non tenere. præstans quæsumus. ut humanæ creaturæ vanitate suscepta vetustatis antiquæ contagiis eruamur. Per Secr.
Sacrificia domine ob beatæ dei genitricis mariæ honorem deferentes quæsumus. ut eius intercessione mereamur tibi fieri hostia acceptabilis. Per. Compl.
Sacramenti celestis percepto nos quæsumus domine pietas. et intercedente beata dei genitrice maria semper virgine ad cœlestem felicitatem domina optinendam dignos efficiat. Per eundem. Dominica infra octavam natalis domini
Dum medium silentium tenerent omnia et nox in suo cursu medium iter haberet omnipotens sermo tuus domine de celis a regalibus sedibus venit. Ps. Dominus regnavit decorem indutus est indutus est dominus fortitudinem et præcinxit se. Vr.
Omnipotens sempiterne deus dirige actus nostros in benedicto tuo. ut in nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibus habundare. Per eundem.
Lectio. Dominica infra octavam pascæ. Ad Galatas
Quamdiu autem heres parvulus est. nihil differt a ser-